Quelle:
Copyright:

Cod: CCVI.

Chartac: Fol: Sæc: 15. 2 4.8.

Thomæ de Havelbach Sermones dominicales

Thomæ de Havelbach Sermones in evangelia dominicalia per annum. Præcedit prologus, qui incipit: "Crebro multa solicitudine dum in minoribus eciam degerem annis." Inter alia vituperat morem prædicantium, quo ingentem auctoritatem S. Scripturæ, et doctorum molem in suis conservant concionibus, et prosequitur: "Ego Thomas de Havelpach utinam tantum re sicut professione presens opusculum exposicionem evangeliorum secundum Rubricam pataviensem per decursum anni continens prout et ad vulgus cum ceteris sermonibus de sanctis predicaverim &c. in unum compegi." Primo sermo est de dominica I Adventus, et incipit: "Cum appropinquasset Jesus Jerosolimis &c. Hodie sancta mater ecclesia incipit". Finito sermone de dominica ultima post Pentecosten legitur: "Et sic est finis pro quo deus gloriosus sit benedictus in secula sæc. Amen. Actum in vigilia Cecilie Virginis beate in universitate Wienn 2c XXXVIII°" /: 1438.:/

Eiusdem de festo Pentecostes.

His additi sunt alii septem sermones, quorum primus rubro notatur: In die pentecostes Havelpach, et incipit: "Si quis diligit me &c. Sicut judaicus populus." Nullus dubito, quin et cæteri ejusdem sint, nulla tamen horum apud Petium, Apfaltrer, atque Khautzium, sicut et præcedentium fit mentio.

Terræ motus Vienna.

In fronte folii primi prologum antecedentis legitur: anno domini 1443 in die S. boni,